actuality, and 3) efficient cause in relation to creatures. Now, the Thomistic *rationes* do not satisfy any of these requirements. Within Paul's system, what plays the role of the Thomistic *rationes* is the divine essence itself, which is the supreme principle of knowledge of possibles, but not an idea. Moreover, in Paul's view, divine ideas are formally distinct from the divine essence. This means that, in principle, the divine essence and divine ideas are different entities. In fact, Paul's definition of formal distinction inverts the terms of the question in relation to the preceding approaches. By means of formal distinction Duns Scotus⁸⁷ and Wyclif⁸⁸ had tried to explain how it is possible to distinguish many different real aspects internal to the same substance (the passage is from one to many). On the contrary, Paul is attempting to reduce multiplicity to unity (the passage is from many to one). What Paul wants to account for is the way in which many different entities of a certain kind (i.e. of an incomplete and dependent mode of existence) can constitute one and the same substance. Nicoletti recognises two main types of distinction (or difference): material and formal. There is material distinction when the *material cause*⁸⁹ is different, so that the objects at issue are separable entities. In general, there is formal distinction when the formal cause is different. This happens in two ways. If the material cause is also different, then there is a particular case of material distinction. If the material cause is the same, then further analysis is necessary. If the material cause is the same by species only, then there is an improper case of formal distinction; but if the material cause is the same in number, then there is properly formal distinction, since the forms at issue have different definite descriptions, but share the same substrate of existence, so that they are one and the same thing in reality. For example, this is the case of the two properties of being-capable-of-laughing (*risibile*) and of being capable of learning (*disciplinabile*), which are connected forms instantiated by the same set of individual substances. Material distinction is a necessary and sufficient criterion for real difference, traditionally conceived, whereas there is formal distinction if and only if there is one substance in number and a multiplicity of formal principles with

⁸⁷ On Duns Scotus's theory of formal distinction see M. McCORD ADAMS, *Ockham on Identity and Distinction*, « Franciscan Studies », 36, 1976, pp. 5-74, esp. pp. 25-43; A. B. WOLTER, *The Philosophical Theology of John Duns Scotus*, Cornell University Press, Ithaca-London 1990, pp. 27-48.

⁸⁸ On Wyclif's conception of formal distinction see CONTI, *Analogy and Formal Distinction*, pp. 154-163.

⁸⁹ That Paul speaks of material cause is very important, since being-a-material-cause-of-something is not equivalent to being a piece of matter, but to being the substrate of existence of something. Thus, within his system, an immaterial substance too can be a material cause in relation to something else. See also above n. 73.

different descriptions instantiated or supported by it⁹⁰. Hence, within Paul's theory of divine ideas the gap between the sphere of the possible and the sphere of the existent is deeper than in Thomas's. The possible is grounded on God considered as a knower, while the existent is grounded on God considered as a maker; ideas play a role in creation only, while the sole divine essence is sufficient for allowing God to know possibles⁹¹.

As far as the three main problems of every form of medieval exemplarism are concerned, Nicoletti's view can be summarised as follows: divine ideas are really identical with and formally different from the divine essence; ideas are both direct, but secondary, objects of divine intellection (the primary object being the divine essence itself) and that by means of which God knows every existent other than Himself; there are neither ideas of individuals nor of prime matter.

His position is more influenced by (Neo)platonian presuppositions than that of Thomas Aquinas. Aquinas appealed to a sort of non-real mode of existence of divine ideas, originating from the relations of imitability holding between divine essence and possible creatures, so that the existence of divine ideas is purely of reason. Paul of Venice tries the opposite way of hypostatizing ideas — his peculiar version of the formal distinction enables him to do so without breaking the divine simplicity. He can therefore claim that the divine essence is the substrate of divine ideas, as if they were a sort of accidents inhering in a substance. As a consequence, the statement that ideas are direct, but secondary, objects of the divine intellection means that God's intellection first grasps the divine essence and then ideas, even though God's intuition of Himself and God's intuition of ideas are not distinct. In fact, divine ideas are not the specific natures of creatures as they are conceived of *terminative* by God, but as they are conceived of *subiective* in Him (*ergo prima substantia omnia cognoscit, non quidem terminative in se ipsis, sed subiective in propria essentia*), that is, by means of a different reality (the divine essence) and

⁹⁰ Cf. PAUL OF VENICE, *In Metaph.*, Lib. V, tr. 2, c. 3, fol. 185ra-b. On Paul of Venice's theory of identity and distinction see CONTI, *Esistenza e verità*, pp. 20-31.

⁹¹ Cf. PAUL OF VENICE, *In Metaph.*, Lib. XII, tr. 2, c. 3, pars ii, fols. 466vb-467ra: « Prima substantia intelligit se ipsam modo speculativo; sed essentia prime substantie non potest representari ei secundum se ipsam quin sibi representetur secundum omnia alia, quia naturaliter representatur et naturaliter aggregat in se perfectiones omnium rerum; ergo prima substantia cognoscendo se modo speculativo cognoscit omnia alia per intellectum speculativum. (...) Divina essentia nullius est propria ratio cognoscendi nisi sui ipsius, et tamen prima substantia per ipsam tamquam per speciem intelligibilem omnia alia distinctissime cognoscit sub propriis rationibus, quoniam in ea relucent omnia alia sub propriis rationibus. (...) Omnes species intelligibiles sunt formaliter aut virtualiter in prima substantia. Ergo prima substantia omnia cognoscit, non quidem terminative in se ipsis, sed subiective in propria essentia ».

according to their relation of ontological dependence upon the divine essence itself. The identity between divine ideas and the *esse ideale* proper to specific natures, and the relation of one-to-many, holding between specific natures and the individuals which originate from them, explains how God can know individuals perfectly — even though mediately, through ideas. In fact, infinite individual causal principles derive from one and the same divine idea, formally distinct from each other. They correspond to the thisnesses (*haecceitates*), which on the level of existence give rise to individuals from species. As thisnesses are the formal principles in virtue of which individuals are what they are, something particular, concrete, and perfectly determined in itself, so these individual causal principles deriving from ideas are what causes the passage from the specific ideal standard to the analytical description of its instantiations⁹². Prime matter, which is a necessary constituent of any corporeal thing, is known by God in the same way as individuals are: not in itself, but derivatively in something else⁹³.

CONCLUDING REMARKS

Having examined Nicoletti's theory of divine ideas in the light of his sources, I may now make a short comment on both the inner consistency and historical value of his solution in relation to its sources.

Paul of Venice's view is consistent in itself and with his metaphysical system, but contains an unclear point. To utilize his peculiar version of formal distinction makes it easier for him to solve the main questions connected with the doctrine of divine ideas — as we have seen. On the other

⁹² PAUL OF VENICE, *Q. de Univ.*, fol. 135ra: « Sicut una et eadem humanitas est in diversis individuis secundum aliam et aliam contractionem rationum suppositivum, quae quidem rationes non sunt idem realiter nec formaliter, ita a ratione ideali in Deo originantur infinite rationes causales individuales non cognitive nec ex-emplative, sed solummodo contrahentes ipsam rationem idealem, non quidem ab alia nec inter se realiter distincte, sed solum formaliter. Intellectus ergo divinus respiciens talem idealem rationem ab infinitis infinitis contractam rationibus causalibus, solum singularia concernentibus, intelligit omnia singularia per illam rationem idealem, secundum aliam et aliam applicationem rationis individualis. Et consequenter alicuius speciei omnia individua realiter distincta producit per eandem rationem idealem, secundum quod contrahitur ab alia et alia ratione causali ».

⁹³ *Ibidem*, fol. 135rb: « Dicitur quod materia prima non habet propriam ideam in Deo, quoniam ratio idealis debet esse alicuius speciei ratio actualissima; cum ergo ratio primae materiae in Deo non sit ratio actualissima sicut nec materia prima in rebus formatis vel formabilibus, ergo etc. Nec obstat quod cognoscatur per propriam rationem, quoniam etiam genus cognoscitur per propriam rationem, et actualius quam prima materia, et tamen non habet in Deo propriam ideam ».

hand, his strong propensity for hypostatizing is the reason which explains the differences between his doctrine and Thomas Aquinas's, as well as the use of formal distinction in this context. He methodically replaces logical and epistemological rules with ontological criteria and references and tries to find an ontological grounds for every kind of distinction he introduces. This fact accounts also for the (Neo)platonian characterisation of his theory of ideas. Paul stresses more than any other author of the 13th and 14th centuries the reality and (partial) independence of ideas. At the level of being which is proper to pure essences, divine ideas are something distinct from God, because the definitions of the divine essence and that of any of the divine ideas (say man, or horse) are totally different. On the level of existence, however, the divine essence is the ontological substrate necessarily presupposed by the incomplete form of existence peculiar to ideas. Unfortunately, the formal distinction which holds between the divine essence and divine ideas raises the problem of how divine ideas originate from the divine essence, given that they do not share any constitutive features. This is the *punctum dolens* of Paul's theory, since he does not clarify the passage from divine essence to ideas. He simply states that the divine essence itself *qua* imitable is the principle of knowledge of all possibles and ideas are the models of production of the existent. According to Thomas, divine ideas are produced by those notional relations by means of which God views his essence as capable of being infinitely imitated. Paul does not speak of such relations, nor, for him, does God's thinking of the divine essence as imitable *ad extra* seem to be sufficient for giving rise to ideas — as we have seen. To explain the passage from divine essence to ideas, he could only have resorted to the inscrutable divine will, but in fact he did not ; such an move, after all, might not have been approved by a 'rationalist' as radical as he was.

APPENDIX

PAULUS VENETUS
<De ideis>

Lectura super librum Metaphysicorum, Liber VII, Tr. 3, cap. 2
<excerpta>

- Notandum quod de ideis fuerunt quattuor opiniones, quarum prima fuit Platonis, dicentis ideas esse quasdam substantias separatas a suis singularibus, existentes in orbe signorum, ad quorum exemplar Deus universa hec inferiora producit. Et sicut dicit Philosophus de universalibus quod non sunt in loco neque in tempore nisi per accidens ratione singularium, ita dicebat Plato quod idee numquam sunt per se neque in celo neque extra celum, per accidens autem sunt in orbe signorum ratione primi entis, cuius sunt instrumenta agendi. Constat autem quod primus motor est in circumferentia orbis signorum, ut testatur Philosophus, VIII *Physicorum*¹.
- 5
- 10 Sed Eustratius, super I *Ethicorum*², excusans Platonem dicit quod non posuit ideas in orbe signorum, sed in intellectu primi entis, dicens ideas esse rationes superstantes omnino et supererectas corporibus et naturis, et numerum quemdam divinum per quem, velut per exemplum, conditorem operari contingit materialem factionem. Ubi Eustratius quattuor dicit de
- 15 ideis secundum mentem Platoniorum. Primum est quod sunt rationes, non quidem extra mentem primi, sed stantes supra totam naturam, sicut et ipsum primum. Secundum est quod ille rationes sunt factive et practice, quia non solum sunt rationes cognoscendi, sed etiam faciendi, aliter non per eas velut per exemplum conditor operaretur. Tertium est <P 297rb> quod habent
- 20 quemdam numerum, ita quod finite sunt et species finitas habent, et omnia producunt secundum aliquem numerum aut secundum unitatem aut secundum dualitatem, et ita de aliis. Que enim habent tantum esse dicuntur produci secundum unitatem. Que quidem habent esse et unitatem dicuntur produci secundum dualitatem numeri binarii. <C 65rb>Et ita de aliis. Quartum est quod
- 25 habent esse divinum, quoniam idee ille non differunt realiter, sed solum secundum rationem, sicut et omnia que sunt in intellectu primi solam distinctionem

15 secundum] ad C 16 mentem] intellectum C 26 solam distinctionem] distinctionem tantum C

¹ ARISTOTELES, *Ph.* VIII, c. 10, 267b14-26.

² EUSTRATIUS, *In Eth. Nic.*, G. HELBUYT ed., CAG 20, 1892, pp. 40-41.

rationis habent. Et concludit Eustratius quod Platonici dicebant illa extra rationes, condiciones et speculationes, non ut qualitates quasdam vel substantias supervenientes ab extra, sed ut principaliter entia et subsistentia et intellectualia et eorum que natura archetypa, id est principalia, que rationes exemplares existentes in mente divina dicuntur habere principalitatem respectu formarum in materia.

Ista excusatio laudabilis est, si non derogaret fame Aristotelis. Numquam enim laborasset Aristoteles tantum contra Platonem, si ideas posuisset in intellectu primi entis, cum hoc sit verum et necessarium, aliter non diceret V huius³ quod Deus aggregat in se perfectiones omnium rerum. Plato enim posuit universalia separata a suis singularibus, quia intellectus intelligit ea non intelligendo singularia. Constat autem quod intellectus humanus, sicut concipit hominem vel equum sine singularibus, ita sine primo ente. Ideo posuit ea separata a primo ente. Deinde concessit quod universalia predicantur de suis singularibus et quod illa sunt que diffiniuntur et de quibus habetur scientia, et quod species componuntur ex genere et differentia, et quod huiusmodi universalia sunt substantie et quidditates rerum. Sed certum est quod ista non conveniunt intellectui divino neque ideis existentibus in eo.

Secunda opinio fuit Ockham⁴, ponentis ideas extra divinum intellectum, et tot esse ideas quot sunt creature producte vel producibiles, ita quod quelibet creatura idea est atque exemplar sui ipsius. Unde — inquit ipse — idee sunt proportionaliter ponende in artifice creato et increato. Sed si artifex creatus cognosceret precise artificiatum producendum ab eo, ita vere ageret per exemplar sive per ideam sicut si cognosceret unum cuius simile deberet producere. Ergo respectu artificis creati ipsum producibile est vere idea atque exemplar. Constat autem quod Deus creaturam producibilem precognoscit. Ergo ipsa creatura est vere et realiter idea, ita quod idea non est nisi aliquid cognitum ad quod cognoscens aspicit in producendo, ut secundum ipsum aliquid simile illi aut ipsum producat in esse reali, sicut una domus est idea et exemplar alterius domus per hoc quod artifex ipsam respiciens ad illius similitudinem aliam domum facit. Ita etiam si artifex domum producendam in particulari cognosceret, ipsa sui ipsius idea esset atque exemplar. Et ex hoc concedit quod idee non sunt in Deo subjective, sed tantum objective, sicut et res ab ipso producibiles, et quod quarumlibet rerum factibilium sunt distincte idee, sicut et ipse res distincte sunt; et

47 atque] et C 52 quod] intellectus creatus add. C 53 precognoscit] pre- interl. C 54 aliquid] aliquod C 60 res] ipsa add. et del. C ; producibiles iter. et exp. C

³ ARISTOTELES, *Metaph.*, V, c. 16, 1021b30-1022a1.

⁴ OCKHAM, *In I Sent.*, d. 35, q. 5, *O. Th.* IV, pp. 479-505.

consequenter quod quarumlibet partium essentialium atque integralium sunt distincte idee. Et ex hoc Deus habet infinitas ideas, sicut in continuo sunt infinities infinite partes; et quia non sunt universalialia ex parte rei, sed solum singularia, ideo non universalialia sed solum singularia habent ideas.

Ista opinio irrationalis est, quoniam similitudo est relatio requirens distinctionem realem extremorum, sicut et equalitas, ut colligitur de mente Philosophi V huius⁵. Ergo nihil est sibi simile vel equale. Et per consequens nihil est idea sive exemplar sui ipsius. Patet consequentia, quia idea et exemplar dicit similitudinem ad ideatum et exemplatum.

Item, in hoc VII⁶ declaravit Philosophus quod domus que est in materia est a domo que est in anima, et sanitas <C 65va> que est in corpore sanabili est a sanitate que est in mente artificis; cum ergo unumquodque fiat a suo simili, ut multipliciter <P 297va> demonstravit, sequitur quod domus que est in anima et sanitas que est in mente medici sit idea et exemplar, non autem domus aut sanitas que est in materia.

Preterea, Deus cognoscit Antechristum per ideam Antechristi; sed Deus nihil cognoscit per illud quod non est; ergo idea Antechristi est. Constat autem quod Antechristus non est. Ergo idea Antechristi non est Antechristus. Ut arguatur sic: Deus eternaliter cognovit Antechristum; sed Antechristus non eternaliter terminavit cognitionem divinam quia ipse numquam fuit; ergo aliud ab Antechristo eternaliter terminavit illam eternam cognitionem. Hoc autem videtur esse idea Antechristi. Ergo idea Antechristi eternaliter fuit. Ipse autem Antechristus numquam fuit. Ergo idea Antechristi non est Antechristus.

Et si domificator ad similitudinem .a. domus facit .b. domum, non debet dici quod .a. sit idea .b., sed tantum exemplar, quia idea ultra similitudinem dicit rationem cognitivam et causalem. Ideo, domus existens in mente artificis est idea domus existentis in materia, quia non solum est similis illi, sed etiam est ratio cognitiva et causalis illius. Propterea, si artifex nihil cognosceret nisi domum faciendam — quod tamen est impossibile —, illius domus nihil esset exemplar neque idea.

Tertia opinio fuit Scoti⁷, describentis ideam per hunc modum: idea est ratio eterna in mente divina, secundum quam aliquid est formabile secundum propriam rationem eius. Nam, cum Deus nihil irrationabiliter agat, oportet quod cum

95 agat] agit C

⁵ ARISTOTELES, *Metaph.*, V, c. 9, 1019a15-18.

⁶ ARISTOTELES, *Metaph.*, VII, c. 7, 1032a32-b2, 1032b11-12.

⁷ DUNS SCOTUS, *Lectura I*, d. 35, q. unica, ed. Vaticana XVII, pp. 445-453; *Ordinatio*, d. 35, q. unica; d. 36, q. unica, ed. Vaticana, VI, pp. 245-270, 281-290.

ratione producat creaturas ; non autem per rationem extra se, quia hoc diceret imperfectionem in Deo ; ergo per rationem existentem in se. Omnis autem ratio existens in Deo est incommutabilis et eterna ; ergo idea est ratio eterna, ex quo huiusmodi ratio existens in mente divina nihil aliud sit quam idea.

100 Ex qua conclusione infert quattuor correlaria. Quorum primum est : idea est obiectum cognitum per intellectum divinum in esse intelligibili determinatum. Patet, quia tale obiectum cognitum est propria ratio rei factibilis ad extra, sicut domus in mente respectu domus in materia, ita quod lapis aut equus in esse intelligibili est idea lapidis aut ligni existentis in
105 propria natura. Talis enim equus aut lapis in esse intelligibili videtur terminare divinam cognitionem.

Secundum correlarium : cuilibet rei factibili respondet proprium esse intelligibile in mente divina, sicut et extra intellectum divinum in proprio genere habet proprium esse distinctum a quolibet alio. Si enim Deus solum
110 cognosceret Sortem, in eo esset idea Sortis per hoc quod in eo esset intelligibile esse Sortis ; sed iam Sortis et Platonis Deus habet proprium intelligibile esse ; ergo iam cuiuslibet illorum habet propriam ideam.

Tertium correlarium : infinitarum idearum pluralitas consistit obiective in mente divina. Patet, quoniam in quocumque est esse intelligibile alicuius,
115 in eodem est propria idea illius ; sed in mente divina est obiective esse intelligibile cuiuscumque tam possibilis quam realiter existentis, sicut in eodem est esse cognitum illius, alioquin Deus posset ignoranter aliquid producere — quod est absurdum. Constat autem infinita esse producibilia ab intellectu divino. Ergo etc.

120 Quartum correlarium : idea existens in mente divina est divina intellectio tam producibilis quam realiter existentis, quia sicut se habet in nobis intellectio nostra ad esse intellectum, sic divina intellectio ad esse intellectum ; sed in nobis intellectio nostra et esse rei intellectum sunt idem ; ergo etc. Probatur minor. Nam, dum cognosco patrem meum non existentem queritur quid est
125 illud esse intellectum patris mei ; et patet quod non est pater meus, quia ille non est, nec est intellectus, <C 65vb>quia tunc, cum intellectus desineret intelligere, ipse desineret esse intellectus — quod est falsum ; non etiam aliquod fictum factum ab intellectu, quia tale numquam fuit sensatum. Relinquitur ergo quod illud intellectum patris mei est ipsa cognitio intellectus.

130 Ista opinio <P 297vb> rationabilis est, quia non ponit ideas esse extra intellectum divinum, sed solum in intellectu divino per modum obiecti cogniti, non quidem habentis esse reale in proprio genere, sed solum habentis esse intelligibile in intellectu divino. Est tamen dubia quoad duo dicta alia, quorum

135 primum est quod cuilibet rei factibili respondet propria idea, ita quod infinitis
 creaturis productis vel producibilibus respondent infinite idee in mente divina
 sicut et infinita intelligibilia esse, quoniam sicut est in artifice creato ita <in>
 increato. Sed artifex creatus habet unam ideam correspondentem pluribus
 artificialibus. Ergo etiam artifex increatus habet unam ideam respondentem
 140 pluribus producibilibus. Tenet consequentia cum maiori ex sufficienti
 similitudine data per opinionem recitatum, et minor est Aristotelis in hoc VII⁸,
 intendentis quod ab eadem domo numero existente in mente artificis plures
 domus possunt fieri. Ars enim est recta ratio factibilium. Sicut ergo non
 requiruntur plures rationes neque plures habitus factivi ad producendum
 diversa artificialia eiusdem speciei, ita non multiplicatur domus aut sanitas
 145 que est habitus factivus in anima iuxta multiplicationem domorum existentium
 extra animam aut sanitatum existentium in corpore sanabili.

Item, ars assimilatur nature et forma dicitur species et idea in quantum
 potest producere sibi simile, ut colligitur de mente Philosophi II *Physicorum*⁹.
 Constat autem quod agens naturale per eandem naturam numero potest diversa
 150 producere eiusdem speciei. Ergo etc. Etiam artifex per eandem artem numero et
 Deus per eandem ideam numero potest plura eiusdem speciei producere. Et per
 consequens non cuilibet producibili correspondet propria idea.

Secundum quod dicitur hec opinio est quod idea in mente divina est cognitio
 ipsius rei producibilis — quod non videtur verum, quia idea in mente creati
 155 artificis non est cognitio rei artificialis. Ergo neque idea in mente artificis
 increati est cognitio rei producibilis. Patet consequentia a sufficienti
 similitudine. Antecedens autem est manifestum, quoniam sive artifex
 consideret sive non consideret, sive agat sive non agat, continue manet eadem
 idea, sicut et eadem ars et idem habitus factivus.

160 Quarta opinio fuit beati Thome et Egidii¹⁰, dicentium quod non sunt
 plures idee in intellectu primi entis neque extra intellectum illum, sed est una
 tantum idea omnium, scilicet divina essentia sub respectu imitabilitatis, ita
 quod sicut prima materia sub infinitis respectibus existens infinitarum
 formarum est receptiva, ita divina essentia sub infinitis respectibus
 165 imitabilitatis existens infinitorum tam productorum quam producibilium est

136 in *om.* C 143 requiruntur] requiritur P 155 est *iter.* P 159 habitus] factivus
add. C 168 a] priori et *add.* C

⁸ ARISTOTELES, *Metaph.*, VII, c. 7, 1032b11-14.

⁹ ARISTOTELES, *Ph.*, II, c. 1, 193a28-33.

¹⁰ THOMAS AQUINAS, *In I Sent.*, d. 36, q. 2; *De veritate*, q. 3; *STh I*, qq. 14-15; AEGIDIUS
 ROMANUS, *Quaestiones de esse et essentia*, q. 3, ed. Venetiis 1503, ff. 6va-rb; *Quodlibet*
 I, qq. 9-10, ed. Lovanii 1646, pp. 19-23.

representativa. Si enim aliqua qualitas, videlicet conceptus Sortis, est
 representativa omnium dissimilium, scilicet substantie et accidentis, quia
 seipsum representat et Sortem, a fortiori divina essentia est representativa
 per unicam simplicissimam rationem omnium quantumcumque dissimilium.
 170 Ideo omnium ipsa est idea unica sicut omnium est similitudo atque exemplar.
 Unde aliqua est similitudo que est representativa tantum unius, sicut conceptus
 singularis, et aliqua est que est representativa omnium eiusdem speciei, sicut
 conceptus specificus, et alia que est representativa omnium que sunt eiusdem
 generis, ut conceptus genericus, et alia que est representativa omnium rerum
 175 indifferenter, ut conceptus transcendens. Harum similitudinum prima est
 distincta et omnes alie confuse. Imaginemur ergo unam similitudinem
 representantem per modum transcendentis quoad communitatem et per
 modum individui quoad distinctionem, <C 66ra>et talis est divina similitudo
 respectu omnium creaturarum. Unde cognitio generis et transcendentis est
 180 multorum, sed confusa. Quod sit multorum est perfectionis, et quod sit
 confusa est imperfectionis. Cognitio autem individui est unius tantum, sed
 distincta. Quod sit unius solum est imperfectionis, et quod sit distincta est
 perfectionis. Amoveamus ergo omnem imperfectionem retenta perfectione,
 et quia omnis <P 298ra> perfectio est Deo tribuenda, remanebit divina
 185 essentia multorum similitudo distincta et propria.

Item, quanto aliqua intelligentia est perfectior, tanto intelligit per pauciores
 species et magis universales atque distinctius; ergo illa que intelligit per
 solum conceptum entis, perfectius atque distinctius cognoscit. Modus enim
 cognoscendi intelligentiarum opponitur modo cognoscendi humano. Constat
 190 autem quod intellectus humanus quanto cognoscit per species magis
 universales tanto confusius cognoscit; ideo e contra intelligentie separate
 quanto per species magis universales cognoscunt tanto perfectius et distinctius
 intelligunt. Deus autem perfectissime cognoscit et plura quam aliqua
 intelligentia creata; et non per aliquam speciem accidentalem, sed per
 195 essentiam suam; ergo divina essentia est distincta atque perfectissima omnium
 cognitio tam possibilium quam actualiter existentium; et per consequens est
 omnium idea unica absque multitudine idealium rationum.

Hec opinio probabilis est et bene fundata; sed remanent dubia propter
 similitudinem quam omnes concedunt inter artificem creatum et increatum
 200 preter distinctionem realem repertam in artifice creato. Certum enim est quod
 intellectus artificis creati, aut essentia illius, sub quocumque respectu signato
 non est idea domus aut sanitatis existentis in materia, sed necesse est dare
 unam formam superadditam intellectui et essentie artificis per quam producitur

domus aut sanitas in materia ad eius similitudinem, ut supra patuit ex doctrina
 205 Aristotelis et Commentatoris¹¹. Ergo consequenter loquendo idea in Deo non
 est formaliter intellectus divinus neque essentia divina sub aliquo respectu
 imitabilitatis, sed quidditas aut species aliqua in esse intelligibili creature non
 realiter distincta, sed formaliter tantum, ab essentia divina.

Deinde, forma et perfectio sunt unum, ut colligitur de mente Aristotelis et
 210 Commentatoris II *De anima*¹² et etiam Avicenne VI *Naturalium*; sed in Deo
 sunt perfectiones omnium rerum, per Philosophum V huius¹³; ergo in Deo
 sunt forme omnium rerum; huiusmodi autem forme non videntur esse nisi
 quidditates creaturarum obiective existentes in Deo, in quibus divinus
 intellectus cognoscit creaturas et ad illarum similitudinem illas producit in
 215 esse, eo modo quo intellectus artificis creati habet in se formam sanitatis aut
 domus in qua cognoscit sanitatem vel domum materialem, et ad illius
 similitudinem producit in materia sanitatem vel domum.

Preterea, si in Deo est unica idea, et idea est ratio exemplaris productiva
 effectus consimilis, ergo eadem ratione eodem exemplo et eadem similitudine
 220 producitur homo et equus — quod est inconueniens et contra Augustinum,
 libro 83 *Questionum*¹⁴, dicentem quod alia ratione conditus est homo et alia
 conditus est equus. Si enim inconueniens est quod artifex creatus eadem
 ratione producit sanitatem et domum, magis inconueniens est quod artifex
 increatus eadem ratione producat hominem et equum, cum rationabilius
 225 operetur artifex increatus quam creatus. Sicut ergo in Deo est multitudo
 attributalium rationum, videlicet sapientie, scientie, iustitie, bonitatis et
 huiusmodi, ita in eo est multitudo idealium quidditatum non realiter differentium,
 sed tantum ratione. Ita quod in eo est quidditas hominis et quidditas equi non
 in esse reali, sed solum in esse <C 66rb> intelligibili atque intentionali.

230 Dicendum ergo quod non est dare ideas separatas per se existentes,
 videlicet hominem preter hunc hominem, quia de ratione nature communis
 est quod sit in alio, sed est dare ideas separatas a sensibilibus existentes in
 intellectu creato vel increato. Constat enim quod omnia naturalia et omnia
 constituta infra essentias creatas necessario a Deo procedunt; non autem per
 235 modum nature; ergo per modum intellectus <P 298 rb> et artis. Omne autem

207 esse *interl.*, in linea ratione *scr. et exp.* C 221 alia ²] ratione *add.* C 226
 videlicet] scilicet C 227 differentium *post* ratione C

¹¹ ARISTOTELES, *Metaph.*, VII, c. 7, 1032a32-b2; AVERROES, *In Metaph.*, VII, t. c. 23, in *Aristotelis Opera Omnia cum Averrois Cordubensis commentariis*, ed. Venetiis (apud Iuncta), vol. VII, f. 174ra.

¹² ARISTOTELES, *De Anima*, II, c. 1, 412b10-18; AVERROES, *In De An.*, II, t. c. 4, F. S. CRAWFORD ed., Cambridge (Mass.) 1953, pp. 133-134.

¹³ ARISTOTELES, *Metaph.*, V, c. 16, 1021b30-1022a1.

¹⁴ AUGUSTINUS, *De diversis quaestionibus 83*, q. 46, PL 40, coll. 29-31.

procedens ab aliquo per modum artis procedit ab eo per modum exemplati ;
 et non procedit aliquid per modum exemplati nisi exemplar habeat in mente
 artificis ; ergo in Deo sunt exemplaria omnium creaturarum, que quidem
 exemplaria vocantur idee atque forme divini intellectus, iuxta illud Boethii in
 240 libro *De Trinitate*¹⁵ : « Omnis forma que est in materia est deducta a forma que
 non est in materia ». Unde idea sumitur dupliciter, videlicet communiter et
 proprie. Idea communiter sumpta est quidditas specifica in intellectu
 causaliter existens, ad cuius exemplar generans effectum producit.

In hac descriptione ponuntur quattuor que sunt de ratione idee, iuxta
 245 doctrinam Aristotelis et Commentatoris in hoc VII. Primo quidem : idea debet
 esse quidditas specifica, quoniam idea habet rationem actus et forme, genus
 autem et individuum habent rationem materie ; ergo idea non potest esse
 quidditas generis neque individui. Propterea male dicunt illi qui opinantur
 quamlibet denominationem perfectionis simpliciter existentem in Deo, scilicet
 250 essere, vivere et intelligere, esse ideam creature, quia idea debet esse ratio
 determinata ; huiusmodi autem denominationes perfectionis simpliciter sunt
 rationes indeterminate.

Secundo : idea debet esse subiective in intellectu, quoniam sicut natura
 agit per instrumentum coniunctum sibi, ita et intellectus. Instrumentum
 255 autem intellectus est idea. Ideo non bene dicunt qui concedunt creaturas
 extra intellectum esse ideas, quia domus que est in materia, aut sanitas que
 est in corpore animalis, non debet dici idea, sed sanitas aut domus que est in
 anima, quam Commentator superius vocavit quidditatem intrinsecam, que
 est forma eius existens in lapidibus et lignis. Habet etiam quidditatem
 260 extrinsecam, que est forma existens in anima productiva domus in materia.

Tertio : idea debet esse causalis, id est : causa effectiva, effectus consimilis.
 Dixit enim superius Philosophus¹⁶ quod domus que est in materia est a domo
 que est in anima, et sanitas que est in corpore sano est a sanitate existente in
 anima. Propterea scriptura aut pictura ad cuius similitudinem scriptor scribit
 265 et pictor pingit non debet vocari idea, quia non concurrat ut causa effectiva,
 sed tantum ut exemplar et similitudo.

Quarto : idea debet esse exemplar, ut ad similitudinem illius effectus
 producat. Per hoc idea debet esse in intellectu non tantum subiective, sed
 etiam obiective, ut sit in prospectu intellectus tamquam obiectum cognitum
 270 non tantum absolute sed etiam respective, ut sicut intellectus respiciens

255 dicunt... concedunt] dicit qui concedit **C**

¹⁵ BOETHIUS, *De Trinitate*, II, 49-51, in *Opuscula theologica*, R. PEIPER ed., Leipzig 1871.

¹⁶ ARISTOTELES, *Metaph.*, VII, c. 7, 1032a32-b2, 1032b11-12.

phantasma non tantum cognoscit phantasma sed etiam cognoscit universale aut particulare relucens in eo, ita intellectus aspiciens ideam, que est quidditas rei in esse intelligibili, non tantum eam cognoscit, sed etiam rem ipsam relucentem in ea. Et ex isto patet quod idea non est
275 cognitio rei, sed est quidditas rei in esse intelligibili presentata intellectui ut obiectum cognitum.

Quando ergo querebatur : dum intelligo patrem meum defunctum, quid est illud esse intellectum patris mei? Dicitur quod est species phantastica aut aliqua alia species intelligibilis in qua relucet pater meus. Sicut enim
280 datur duplex color, scilicet realis, qui est in pariete, et intentionalis existens in medio aut in oculo, ita preter patrem realem est dare patrem intentionalem, qui est similitudo patris realis remanens in memoria aut in intellectu defuncto patre. Huiusmodi autem similitudo est species phantastica vel intelligibilis <C 66va>objective presentata intellectui, in qua intellectus
285 patrem cognoscit defunctum.

Sed idea proprie sumpta est quidditas specifica causaliter existens in mente divina ad cuius exemplar supremus conditor creaturas <P 298va> producit in esse. Ista descriptio patet per beatum Augustinum in libro 83
290 *Questionum*¹⁷, dicentem has autem rationes non esse arbitrandum nisi in mente creatoris. Non enim extra se positum intuebatur ut secundum illud constitueret quicquid constituebat. Ecce quod beatus Augustinus rationes quas vocat ideas tantummodo in mente creatoris ponit. Quod quidem confirmat eodem libro, dicens¹⁸: «sunt namque idee principales quedam forme atque rationes rerum stabiles atque immutabiles, et ipse formate non
295 sunt, atque eterne et semper eodem modo se habentes, que in divina essentia continentur ». Constat autem dictum hoc non verificari de formis causalibus existentibus in mente creati artificis. Ideo proprie non invenitur idea nisi in mente divina, quam beatus Augustinus vocat formam et rationem. Commentator vero XII huius dicit eam esse artem divini intellectus, que
300 etiam quidditas intelligibilis vocatur, sicut et ipsam formam domus in intellectu existentem Commentator superius quidditatem expressit¹⁹.

Ex predictis sequitur primo quod non cuilibet rei factibili respondet propria mentis idea. Patet, quoniam in omnibus individuus eiusdem speciei

271 tantum] solum C ; cognoscit¹] singulare *add. et exp.* 280 scilicet] intentionalis *add. et exp.* C; qui est] existens C 286 causaliter] communiter C 288 beatum *om.* C 291 constitueret] constituitur C

¹⁷ AUGUSTINUS, *De diversis quaestionibus* 83, q. 46, PL 40, col. 29.

¹⁸ *Ibid.*

¹⁹ AVERROES, *In Metaph.*, VII, t. c. 23, f. 173vb.

305 non invenitur nisi una quidditas specifica in esse reali; ideo in intellectu
 divino non invenitur respectu omnium illorum individuorum nisi una quidditas
 specifica in esse intelligibili. Et non sequitur: Cuilibet rei factibili respondet
 proprium esse intelligibile, ergo cuilibet tali respondet proprium esse ideale.
 Nam quilibet domus producibilis habet proprium esse intelligibile in mente
 artificis, sicut et propriam cognitionem et propriam speciem intelligibilem,
 310 non tamen habet propriam ideam. Constat enim quod domificator per eandem
 formam domus quam habet in mente producit plures domus in materia.

Secundo sequitur quod non est necesse ponere in mente divina infinitas
 ideas, quia licet in mente divina sint infinita intelligibilia esse respectu
 infinitorum producibilium, non tamen quodlibet illorum est idea, quoniam
 315 idea non est forma exemplaris tantum unius, sed omnium eiusdem speciei, ut
 asserit Plato et etiam Aristoteles secundum quod apparet in parte sequenti
 huius capituli. Si enim teneatur cum philosophis quod species sunt solum
 finite, neque plures possunt esse, dicatur quod in intellectu divino non sunt
 320 alie species possunt fieri, sicut infinite possunt esse species numerorum, sic
 in Deo ponende sunt idee infinite.

Tertio sequitur quod licet intellectus divinus per unam simplicem rationem
 omnia cognoscat, non tamen per unam ideam omnia ad esse producit.
 Unde, sicut artifex habet duplicem formam in mente, unam speculativam, per
 325 quam tantum cognoscit, aliam vero practicam per quam cognoscit et operatur,
 ita Deus habet in se duplicem conceptum, unum quidem speculativum per
 quem infinita cognoscit, et iste conceptus est divina essentia sub infinitis
 respectibus creaturarum, alium vero per quem cognoscit et operatur, et iste
 est idea formaliter differens ab essentia divina. Et multiplicatur formaliter
 330 talis conceptus in Deo sicut multiplicatur realiter quidditas specifica in
 rebus creatis.

Quarto sequitur quod idea, licet sit quidditas specifica intellectualis,
 adhuc est unum numero habens rationem totius et non partis. Patet per
 Eustratium, super I *Ethicorum*²⁰, dicentem quod idea habet per essentiam
 335 quicquid forma in materia habet per participationem, et habet unitive et
 totaliter quicquid forme in materia habent particulariter et disperse. Ideo
 forma in materia dicitur pars. Ipsa autem idea vocatur totum. Unde ibi
 distinguit triplex totum, scilicet in partibus, post partes et ante partes. Totum
 in partibus est illud quod constituitur ex suis partibus; et tale non potest esse
 340 idea, quia tale totum concernit quantitatem, non autem idea. Totum post

321 ponende sunt *inv.* C 325 aliam vero] et aliam C 328 alium] aliquando P

²⁰ EUSTRATIUS, *In Eth. Nic.*, p. 40.

partes est intentio universalis quam accipit intellectus per abstractionem, ut quando intelligit speciem sine individuo et genus absque specie. Et iterum tale totum non est idea, sed universale, de quo loquitur Philosophus in prologo *De anima*²¹, dicens : « universale <P 298 vb> aut nihil est aut posterius est ». Totum autem ante partes est illud ad cuius exemplar fiunt partes, sic quod tale exemplar habet <per> quamdam supereminentiam et essentiam quicquid partes habent modo participato et diminuto. Et huiusmodi totum idea est, que etiam unum numero dicitur, quoniam unum et idem exemplar sufficere potest omnibus individuus unius speciei. Quia, ut dictum est, omnes domus aut omnes arche fieri possunt ad unum exemplar in mente artificis. Neque tale totum est de essentia partium, sed est illud ad cuius imitationem fit tota substantia partium et secundum maiorem et minorem participationem et imitationem huius totius exemplaris ipsum exemplatum magis vel minus

350 aut... arche] et omnes archiis C 353 imitationem] immutationem P

²¹ ARISTOTELES, *De Anima*, I, c. 1, 402b7-8.